Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



NVME

ta non fuerit et inoxia. et fauet uiro.
Ista est lex zelotypie. Si declinauerit mulier
a uiro suo. et si polluta fuerit. maritus
zelotypie suae conuictamus. adduxerit
eam in conspectu domini. et faciet ei sacerdos
iuxta omnia quae scripta sunt. mari
tus absque culpa erit. et illa restituet in
iquitatem suam. VI.

Locutusque est dominus ad moysen di
cens. Loquere filiis israel. et dices ad
eos. Vir siue mulier cum fecerit
votum ut sanctificetur. et se voluerit
domino consecrare. a uino et omni quod inebriare
potest abstinebunt. Acetum ex uino et
ex qualibet alia potione. et quicquid de uinea
expressum fuerit non bibent. Vuas recentes
siccasque non comedent. cunctis diebus quibus
ex voto domino consecrantur. Quod ex uu
ea esse potest. a uinea passa usque ad
ea nucleum non comedent. omnis type separatio
nis sue. Nouacula non transibit super
caput eius. usque ad impletum diem quod
domino consecratur. Sacer erit. crescat caesaries
capitis eius. Omnis type consecrationis sue
super mortuum non ingredietur. nec super
patris quidem et matris et fratris sororisque
funere contaminabitur. quia consecratio
dei sua super caput eius est. Omnis dies
separationis sue sacer erit domino. Si autem
mortuus fuerit subito quis prope eum
et polluerit caput consecrationis
eius. Od radet illo in eadem die pur
gationis sue et rursum septima In
octauo autem die offerent duos turtures
uel duos pullos columbae sacerdoti
in introitu tabernaculi testimonii.
faciesque sacrificium unum pro peccato. et alterum
in holocaustum. et deprecabitur pro eo quia p
cauit super mortuo. sanctificabitque caput
eius in die illo. et consecrabit domino di
es separationis illius. offerens agnum
anniculum pro delicto. ita tamen ut dies pores
cedentes fiant. quia polluta est sanctificatio
eius. Ista est lex consecrationis. cum di
es quos ex voto decreuerat impleuerit. adducet eum sacerdos ad ostium tab
naculi fedis. et offet oblationem eius
domino agnum anniculum immaculatum
pro holocausto. et ouem anniculam immaculatam pro peccato. et arietem im
maculatum hostiam pacifica. Ca
nistrum quoque panum azimorum
qui sint oleo. et lagana absque fermento
uncta oleo. ac libamina singulorum
quae offert sacrificio coram domino. et faciet
tam pro peccato quam in holocaustum.
Arietem uero immolabit hostiam pa
cificam domino. offerens simul canistrum
azimorum. et libamenta quae ex more
debentur. Tunc radetur nazareus
ad ostium tabernaculi fedis. et ante
sectionis suae. Tollet capillos capitis
et ponet super ignem qui est subpositus
sacrificio pacificorum. arietis. cum coctis
arietis. tortamque panis absque fer
mento unam de canistro. et laganum
azimum unum. et tradet in manibus
nazaraei postquam rasum fuerit caput eius.
suscepta rursum aboeo elevabit
in conspectu domini. et sanctificata sacerdo
tis erunt. sicut pectusculum quod separatum
est et femur. Postea bibet post hoc
nazareus uinum. Ista est lex nazaraei
cum uouerit oblationem suam domino
type consecrationis suae. praeter quae
inuenerit manus eius iuxta quod
uouerit. ita faciet ad perfectionem sanctificationis suae. Locutusque
est dominus ad moysen dicens. Loquere
aaron et filiis eius. Sic benedicetis fi
liis israel. et dicetis eis. Benedicat tibi
dominus et custodiat te. ostendat dominus fa
ciem suam tibi. et misereatur tui. Con
uertat dominus uultum suum ad te. et det
tibi pacem. Inuocabunt nomen meum
super filios israel. ego benedicam eis.

Factum est autem in die. VII.
qua impleuit moyses tabernacu
lum. et erexit illud. unxitque et sanc
tificauit cum omnibus uasis suis. al
tare simul et uasa eius. Obtulerunt
principes israel. et capita familiarum qui